UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Pancrativs Martyr Gandaui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

Visual Library

tremum vſqne vitæ diem ſeriò perſeuerauit. Anno autem à Chriſto nato ſeptingenteſimo quinquageſimo quarto Agilfridus Abbas Monaſterij ſancti Bauonis Gandenſis, idemque Epiſcopus Leodienſis ſacrum Pharahildis corpus ex Lotharingia ad ſancti Bauonis Monaſterium adtulit, ad annum poſtea nongenteſimo quadringenteſimo. Petente Arnulfo Magno Flandriæ Comite, pars corporis S. Pharahildis, inde ad Baſilicam in eius honorem Gandaui recens tunc exſtructam, eſt tranſlata; tradente ſancto Gerardo Bronienſi ac Gandenſi Abbate. Eſt autem Gandaui inſigne Canonicorum ſanctę Pharahildis collegium, quod ex vetuſta illa Baſilica, per Caluinianos vaſtata, in Parœcialem ſancti Nicolai in foro ſitam noſtrâ ætate eſt tranſlatum.

PANCRATIVS MARTYR

Gandaui.

12. *Maj.* PAſſus eſt Romæ in via Aurelia ſub Diocletiano ætatis ſuæ anno decimo quarto. Pars reliquiarum eius Vltraiecti ad ſanctum Saluatorem, & alibi alia eius habentur. Sunt etiam anno Redemtionis humani generis nongenteſimo octogeſimo quinto Reliquiæ eius ex vrbe ad Cœnobium Gandenſe delatæ per Eremboldum tunc Monachum poſteà Abbatem cuius rei teſtimonium apud Molanum vide.

PIATVS